

memoria solet [æ: solent] obliuioni tradi, nisi litteris et Siggillis ac nominibus testi-
stium ad posteros transmittantur, Idcirco ego haquinus jngeburghæsson hac littera
notum facio presentibus et futuris, quod cum discreto viro sightrago ionsson
per(!) quandam mutacionem prediorum feci in hunc modum,, Tradidi namque
eidem vnam horam terre in baldræstum per contractum qui wlgo uocatur,
fastæ oc fulskiæl, sibi et suis heredibus plenario iure possidendam, recepta
ab eodem, alia hora terre in villa que vocatur enibý in eadem parrochia,
per condiciones consimiles mihi et meis heredibus perpetuo retinendam,, In
cuius rei testimonium Siggilla discretorum hominum, videlicet, dan haçonsson
viceaduocati nýkopensis, et gardiani fratrum Minorum eiusdem loci, una cum
meo proprio presentibus sunt appensa,, Scriptum anno domini. M^o. CCC^o. XV^o.
feria. VI:ta. jnfra octauam apostolorum petri et pauli.

På frånsidan: Pro baldasta et eneby parrochia halla.

Sigillen N. 1. skadadt; N. 2 borta, remsan qvar.

2024.

1315 d. 22 Juli

Stegeborg.

Konung BIRGER stadfästar sina bröders, Hertigarne Eriks och Waldemars, gåfva af Ösby på
Öland till hans slägtinge Fru Margareta Bengtsdotter. (Jfr. N. 2019).

Orig. på perg. i Kongl. Bibl.

Omnibus presentes litteras jnspecturis BIRGERUS dej gracia sweorum
gothorumque Rex, salutem jn domino sempiternam, Nouerint vniuersi Nos
karissimorum fratrum nostrorum dominorum Ericj, et Waldemarj dej
gracia Ducum, swecie, vidisse litteras non viciatas, jmmo, jn qualibet suj
parte saluas, plene, et expresse continentis, quod jpsi fratres nostri duces,
Nobili domine, Domine, Margarete benedictsdotur, vxorj Nobilis virj dominj
Ericj Thureson Consanguinee nostre dilecte, eiusque heredibus, si quos ex
se legitimos procreauerit, bona sua jn øsby jn ølandia, cum agris, pratis,
siluis, pascuis, molendinis, ac molendinorum locis, ceterisque aliis, ad bona
eadem spectantibus, contulerant, jure perpetuo possidenda, Nos jgitur pre-
dictorum fratrum nostrorum, donacionem huiusmodj, gratam habere volentes,
jpsam plene, et per omnia, vt jn litteris eorum premissis, expressa est,
ratificamus, et confirmamus, per presentes, abdicantes a nobis et heredibus

nostris omne jus, quod in bonis eisdem nobis competit, aut etiam casu vel euentu aliquo, posset competere in futurum, In cuius ratificationis et confirmationis nostre euidenciam, sigillum nostrum presentibus est appensum, Datum stækaborgh. anno domini .M^o. CCC^o. quintodecimo, in die beate marie magdalene.

Sigillet borta.

2025.

1315 d. 30 Juli.

Domprosten ANDREAS i Upsala förnyar upplåtelsen af sitt i Paris inköpta hus, till begagnande af de studerande från Upsala stift, som uppehålla sig i nämnde stad. (Jfr. N. 1913).

Örnhjelm's afskr. Kyrko- o. Klosterbref. I: 684 *).

Vniuersis presentes litteras inspecturis ANDREAS prepositus Upsalensis in domino salutem. Notum facio per presentes, quod domos sitas in vico serpentis Parisiis ex una parte, ex alia parte vero habentes vicum ad duas portas, quas meis sumptibus comparaveram, dimiseram et assignaveram scolaribus studentibus in eadem villa Parisiensi ex parte ecclesie Upsalensis pleno jure, nullum michi jus retinens neque possessionis neque proprietatis in eisdem domibus, sed utrumque jus eis confero et dimitto, nunc ut prius, dans meram potestatem et omnimodam auctoritatem predictis scolaribus predictas domos inhabitandi, locandi ac ordinandi pro eorum libito voluntatis. Et ut huic alienacioni per me facte fides firmiter adhibeatur in futuram, sigillum meum quo semper usus fueram, una cum sigillo Capituli sede eiusdem ecclesie Upsalensis vacante presentibus est appensum. Datum Anno domini M. CCC. XV. tercio Kalendas Augusti.

2026.

1315 d. 31 Juli.

INGEBORG, Birger Skänkarens dotter, qvitterar 140 mark penningar, som hon uppburit af Abboten och munkarne i Nydala kloster, för den till klostret sålda gården Gråshulta. (Jfr. N. 1984, 2007).

Örnhjelm's afskr. Kyrko- o. Klosterbref. VIII: 586 **).

Omnibus presentes litteras inspecturis INGBURGIS FILIA BIRGERI quondam dicti Skänkara, Salutem in Domino sempiternam. Tenore presencium pateat

*) Enligt Örnhjelm's anteckning, "collat. med ett stort orig permebref", hvarmed troligen menas en officiel Notarii-vidimation af d. 2 Maj 1354, hvare ofvanstående dokument varit intaget.

***) Enligt Örnhjelm's anteckning, "collat. med orig. permebr."